



Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

IV. Clericis non licet causam sanguinis agitare: clerici etiam comam
nutrientes, ab archidiaconis tondeantur vel inuiti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

ANNO
CHRISTI
1179. Stolicæ sedis) totius promotionis spem amittat. Episcopi
vero , abbates , priores , tantæ enormitati consentientes , &
non corrigentes , spolientur propriis honoribus , & ab ec-
clesiæ liminibus arceantur.

CAP. III. *Idem Londoniensi episcopo.*

Secundum instituta prædecessorum nostrorum , sub in-
terminatione anathematis prohibemus , ne monachi vel
clericis causa lucri negotientur , & ne monachi a clericis
vel a laicis firmas habeant , vel laici ad firmam ecclesiæ
teneant.

Supra de
religioſ.

CAP. IV. *Idem Cantuariensi archiepiscopo.*

Clericis , qui in sacris ordinibus sunt constituti , iudi-
cium sanguinis agitare non licet. Vnde prohibemus , ne
aut per se truncationes membrorum faciant , aut iudicent
inferendas. Quod si quis tale quid fecerit , honore priue-
tur , & loco. Iubemus etiam sub interminatione anathe-
matis , ne quis sacerdos officium habeat vicecomitis , aut
præpositi ſecularis. Clerici etiam qui comam nutrunt , et-
iam inuiti ab archidiaconis suis tondeantur. Vestimentis
autem & calceamentis , nisi quaे honestatem & religionem
deceant , vti non liceat. Si quis autem contra venire præ-
fumpferit , & commonitus emendare noluerit , excom-
municationi subiaceat.

Ex Tolet.
Concil.

Ex Conc.
Rom. Cle-
tici in sub.

CAP. V.

*Idem dilectis filiis G. priori & fratribus iuxta disciplinam
bonæ memoriae * viuentibus.*

Ad petitionem vestram , regulam secundum quam vi-
uere debeatis , & omnipotenti Deo seruire , duximus con-
ſtituendam : In primis id statuentes , vt professionem ma-
iori priori omnes laici faciant , in manu eius se absque pro-
prio viēturos promittentes , & continentiam , quantum
permiserit diuina gratia , seruare. Cui quoque tam clerici
quam laici , ſicut proprio magistro & animarum fuarum
rectori , debitam in omnibus obedientiam promittant. Nec
alicui inter vos professo liceat ad alium ordinem , absque
prioris licentia , vlo modo tranſire , niſi forte ad religio-
nem migrauerit arctiorem. Nullus , absque prioris licen-